UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Consiliorvm Sive Responsorvm Avgvstini Beroii Bononien. I. C. Praestantissimi Volumen ...

Cum Summariis, & Indice rerum, ac verborum locupletissimo

Pontificij iuris, Contractuum, seu Dispositionum inter viuos materias distinctè continens

Bero, Agostino

Venetiis, 1577

Consilivm LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96504

Visual Library

lis eius fratris, quoniã iſtud feudũ, quãuis ſit nouum, quia initium ſumpſit in perſona domini Herculis, tñ fuit cõceſſum in antiquum à principe habente ſupremam poteſtatē diſponēdi de re in dñio ſuo exiſtente, & ideo in huiuſmodi conceſſione non ſolum filij, & deſcēdentes D. Herculis, ſed etiã illuſtris D. Alphonſus eius frater comprehenditur, qñ hoc feudum, quã uis nouum, ut dictũ eſt, aſſumpſit qualitatē antiqui, arg. l. quicunq;. C. de omni agro deſer. lib. 11. & maxime quia cõſtat de uoluntate principis, & † verba ſunt clara adeò, ut ad coniecturas nõ ſit recurrendũ. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. l. ille, aut ille. §. cũ in verbis. ff. de leg. 3. ¶ Non obſtant modo ſuperius adducta aduerſus D. Alphonſum, & primo, ꝙ ſimus in feudo nouo in quo regulariter non ſuccedunt, niſi filij, & deſcendentes primi inueſtiti, quia reſpõdetur, ꝙ ex quo conceſſio hæc fuit facta in feudũ antiquum ab habente poteſtatē, deficientibus filijs, & deſcendētibus primi inueſtiti, tranſuerſales uocantur, pro ut ſupra oſtenſum fuit. Secundo non obſtat, ꝙ in conceſſione huiuſmodi feudi fuerit facta ſpecificatio filiorum, & deſcēdentium D. Herculis, ꝗa † ſpecificatio eorũ, quæ tacitè inſunt, nihil debet operari, & † conceſſio facta alicui per inſtrumentum, ſiue per priuilegium intelligitur ſemper facta pro ſe, & filijs, & deſcēdētibus, etiã ꝙ iſtud non exprimatur, nec iſta ſpecificatio debet reſtringere clauſulam conceſſionis feudi in antiquum, ex cuius propria ſignificatione importat, quod tranſuerſales intelligantur vocati ad ſucceſſionē huiuſmodi feudi deficiētibus filijs, & deſcēdētibus primi inueſtiti, & maximè cum ſpecificatio, & nominatio nõ fuerit facta per dictionē taxatiuam, ad conſi. Rui. in conſi. 45. 1. uolum. nu. 12. & Bart. in l. cum ita. §. in fideicõmiſſo expreſsè uoluit, ꝙ † nominati non excludant alios, qui poſt eos habent ſuccedere ex diſpoſitione legis, niſi ſint nominati per dictionem taxatiuam, cum potius nominati cēſeantur ex quadã amoris caritate nominati, & quod ipſi prius debeant ſuccedere, & textus ipſe. in d. §. in fideicommiſſo hoc diſponit, qui tex. cum doctrina Bar. videtur in terminis decidere quæſtionē noſtram. Tertio & ultimo nõ obſtat, ꝙ unius incluſio ſit alterius excluſio, & ꝙ limitata cauſa &c. quia † iſta regula nõ procedit, quando conſtat de contraria uoluntate Principis ſecundũ Iaſon. in l. 1. §. adipiſcimur. nu. 4. ff. de acq. poſ. qui hoc expreſsè uoluit, ſed qñ conſtat, ꝙ princeps per conceſſionem factam D. Herculi de hoc Caſtro in feudum antiquum uoluerit, ꝙ tranſuerſales ad ſucceſſionem huiuſmodi feudi vocentur, regula unius incluſio &c. locum ſibi non vendicabit in hoc caſu. Preterea iſta regula nõ procedit, quãdo alij nõ noĩati alia uia, & alio modo cõprehenduntur ſecundum Dec. in conſil. 11. nu. 18. Sed tranſuerſales cõprehenduntur ad ſucceſſionē iſtius feudi alia uia, & alio modo, uidelicet uirtute clauſulæ in antiquum, ergo &c. Vel ita reſpõderi poteſt, ꝙ illa regula procedit, qñ loquitur negatiuè, & prohibitiuè, prout in d. l. cum prætor, ſecus eſt, qñ loqtur affirmatiuè, & cõceditur iuriſdictio alicui aliàs nõ habenti talem iuriſdictionē, ꝗa per talem conceſſionē non cenſetur prohibitum iudicare alijs, qui iuriſdictionē habebant, ut ꝓbatur per tex. in l. 1. C. de off. præfec. vrb. ubi habetur, ꝙ licet ſpecialis officialis conſtituatur ſuper annona, uel abundantia, uel ſuper dãnis datis, nõ per hoc tollitur iuriſdictio, quã poteſtas hēt ſuper his ratione vniuerſalis iuriſdictionis, & ſic patet, ꝙ nõ excluditur poteſtas: & hic tex. facit multum ad queſtionē noſtrã, ꝗa licet ſpecialis mentio facta ſit de filijs, & deſcendētibus, non ꝓpterea tollitur ius, quod agnati habēt ex natura feudi antiqui, cuius uigore uocãtur tranſuerſales, prout in alio caſu non tollitur iuriſdictio, quam habet poteſtas ratione vniuerſalis iuriſdictionis. Ex quibus puto concludendum eſſe ad fauorem illuſtris domi. Alphonſi, & ad excluſionem cameræ principis, qui dictum feudum conceſſit. Laus Deo.

S V M M Æ.

1 *Vaſallus, & dominus quoad amiſſionem feudi propter felloniam à pari iudicantur. Quod limitatur, nu. 2. & 4.*
3 *Imperator lege ſua, aut alia poſitiua non ligatur, ſed ſolum naturali, & diuina.*
4 *Papa ſolum deum ſuperiorem habens lege imperiali non ligatur.*
5 *Iure ſuo quis nunquam priuatur, niſi lege expreßè caueatur.*
6 *Papa, aut prælatus non dicitur dominus feudi, ſed procurator, eccleſia enim domina eſt.*

E P I T O M E.

Diſpoſitio c. j. §. domino cõmittente ſi de feud. conten. ſit, & c. 1. quali dñs propr. feud. priu. ꝙ dñs ob felloniã in vaſallũ cõmiſſam feudo priuetur, locũ non hēt in Imperatore, nec in feudo eccleſiaſtico.

C O N S I L I V M L X X X.

AN dominus feudi priuetur feudo, & directo dominio, ut cum utili dominio ad utilitatem vaſalli conſolidetur, propter felloniam à dño in vaſallum cõmiſſam, ſicut è contra, & an id in feudo eccleſiaſtico locũ habeat,
1 uidetur tradi regula, quòd in hoc † dominus, & uaſallus à pari iudicantur, in c. 1. qualiter dom. propr. feud. priue. & in c. 1. §. domino cõmittente ſi de feud. conten. ſit &c. vbi Bald. inquit, admirabilem, & ſingularem eſſe illam deciſionem, natura enim correlatiuorum eſt hæc, ꝙ in uno diſpoſitum cenſetur etiam in alio diſpoſitum l. 1. C. de indic. uidui. l. 1. C. de cupreſ. lib. 11. facit, quod notat glo. in c. de forma. 22. q. 5. c. j.
2 in fin. de forma fideli. & ibi Bald. & Moder. Sed † hæc poſſunt habere locũ in dño vaſalli inferiore, & ſuperiorē habente, cui princeps, & Imperator potuit legē imponere, itaq; debent iura prædicta intelligi argu. c. 2. de conſtit. in 6. quia ſtatuere, legem condere, & iuriſdictionē exercere conuertuntur, ut ibi. Propterea cum Imperator ponat legem dominis feudi, ea eſt intelligenda de dominis inferioribus, non autem de
3 ipſo principe, & Imperatore domino feudi, † nam is illa ſua diſpoſitione non ligatur l. princeps. ff. de conſtitu. princ. l. digna uox. C. de legib. & c. iuſtum 10. diſtinct. eſt enim ipſe lege poſitiua ſolutus, & ſolum diuina, ac naturali ligatur, ut in c. 1. de probatio. c. ſunt quidam. 25. q. 1. Abb. in c. literas. de reſtitutio. ſpoliat. habetur in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitution. & in c. 1. ubi Abb. & alij, & ego plenè dixi eodem titu. Bald. in l. reſcripta. C. de precib. imperat. offer. & in l. fin. C. ſi contra ius, uel utilitatem publ. Moder. in cap. ad audientiam il 2. de reſcript. colum. 5. & facit capit.
4 propoſuit de conceſſio. prębend. † Papa autem, qui nullum habet ſuperiorem, niſi Deum, & à nemine ligari, aut iudicari poteſt c. cuncta per mundum, capitu. nemo 9. quæſtio. 3. capit. futuram. §. idem. 12. q. 1. cum ſimilibus, non poteſt ab Imperatore ſua lege ligari, quia Papa eſt illo maior, & ſuperior capitu. 2. de re iudicata in 6. capit. nouit de iudic. cap. ſolitæ de maior. & obed. c. uenerabilem, & ibi omnes de elect. c. Imperatores. c. duo ſunt 96. diſt. & c. quoniam. cum ibi not. 10. diſtin. & par in parem, uel ſuperiorem nõ habet imperium, nec iuriſdictionē l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ff. ad treb. c. cum inferior. de maio. & obed. ergo multo minus Papa ligatur diſpoſitione d. c. 1. & d. §. domino committēte. Quod ſuadetur, nam cum

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

hoc ſit feudum eccleſiaſticũ,nõ poterit in eo locũ ha
bere diſpoſitio illorũ iurium,quæ eſt iuris ciuilis, arg.
c.1.cum ibi not.de noui ope.nun.& per canoniſtas in
d.c.quæ in eccleſiarũ.de conſtitut.per illum textũ. Et
in indiuiduo ĩ eccleſia, ſeu ĩ feudo eccleſiaſtico iſtud
uoluit Bald.in d.§.dño cõmittẽte.qa delictũ perſonæ
in detrimẽtum eccleſiæ redundare non debet.c.deli-
5 ctum.de reg.iur.in 6.&† quia Papa,uel p̄latus dicitur
procurator,& nõ dominus.c.fi.12.q.1.c.2.de dona.&
ideò eius nis,& colluſio nõ debet domino, id eſt ec-
cleſiæ præiudicare, argum.l.meminerint.C.unde ui.
eſt.n.eccleſia domina,& nõ prælatus,neq; Papa.c.qui
cunq;.c.qui abſtulerit.& c.nõ liceat Papę. 12.q.j.ergo
uerba illorũ iuriũ nõ cõueniunt feudo eccleſiaſtico,
ut propter felloniã prælati,& Papæ eccleſia ꝓprietate
feudi ſit priuãda,arg.l.4.§.toties.ff.de dam.infec. Præ
6 terea † quis iure ſuo nunquàm priuatur,niſi expreſsè
lege caueat̃,gl.in c.fi.de iure patr.ſed nullo iure caue-
tur,ꝙ eccleſia pp felloniã iure feudi priuet̃, ergo &c.
Et hęc breuiter pro ſolutione dubitationis ꝓpoſitę re
qſitus ſimpl'r,de ſnĩa mea ſcribere uolui.Laus Deo.

S V M M AE.

1 *Regalia dicuntur generaliter conceſſa, quando conceſſum eſt caſtrum iure feudi ad uſum regni.*

Regalia quæ ſint.

2 *Verba iure feudi ad uſum regni in inueſtiſtura appoſita,quam ſignificationem habeant,& nu.32.*

3 *Regalibus generaliter in feudo comitatus conceſſis , etiã ſi aliqua ex regalibus ſpecificentur, quæ dicantur conceßa,& nu.37.*

4 *Subrogatum ſapit omnem naturam eius,in cuius locum ſubrogatur,& quomodo,num.34.*

5 *Exceptio firmat regulã in caſibus nõ exceptis. Sed illam ad caſus ſub regula nõ comprehenſos non extendit, nec ampliat,nu.36.*

6 *Subditi domino habenti regalia ad quæ teneantur.*

7 *Subditi tenentur domino ſuo in pluribus ſubuenire,& illi indigẽti alimenta ſubminiſtrare,& ſubſidium charitatiuum præſtare.*

Et quando hoc ſit uerum,& quando ſecus,num.39.

8 *Dominus poteſt ex iuſta cauſa à ſubditis etiam inuitis exigere.*

9 *Subditi domino immediato dupliciter tenentur.*

10 *Duæ rationes debent plus operari,quàm vna tantum.*

11 *Subditi non poſſunt contra dominum actionem famoſam mouere, nec eum ſine eius licentia,& uenia in ius uocare,nec accuſare, ſed eum tenentur contra illius inimicos adiuuare.*

12 *Et in quibus dominum non adiuuare,nec illi obedire teneantur.*

13 *Dominus poteſt ſubditos inuitos propria auctoritate ad ſeruitia, & onera debita præſtanda cogere.*

Et in hoc ab aliquo turbatus quo remedio agat.

14 *Conſuetudo temporis longiſſimi,& immemorialis habet uim tituli,& priuilegij,& num.23.& 24.*

15 *In conceſſionibus regalium,& in grauaminibus à domino ſubditis imponendis,ac in præſtationibus à ſubditis domino ſuo exhibendis , & faciendis ſemper conſuetudo debet attendi , ne ſubditi vltra ſolitum,& conſuetum grauentur.*

16 *Etiam ſi in inueſtitura nihil de conſuetudine dictum eſſet.*

17 *Habens cauſam ab aliquo non poteſt uti maiori iure,quàm habuerit is,à quo cauſam habet.*

18 *Dominus ſi à ſubditis iniuſta,& non conſueta ſeruitia , ac onera exigat,& imponat,quomodo ſubditis ſit ſuccurſum, & ad quẽ recurrant,& num.30.35.& 41.*

19 *Dominus ſemel monitus à ſuo ſuperiore,ut ab illicitis,& non conſuetis exactionibus, & grauaminibus contra ſubditos deſiſtat, poteſt non deſiſtens feudo per ſuperiorem priuari.*

20 *Et an excuſetur ex ſolutione quandoq; à ſubditis ſine contradictione facta.*

21 *Dominus uerus propriè non dicitur,qui non rectè gubernat,& illicitas exactiones facit.*

22 *Subditi non tenentur ad debitum ſeruitium domino, qui eis debitum officium non impendit.*

24 *Conſuetudo temporis immemorialis derogat iuribus domini erga ſubditos etiam quoad regalia domino debita.*

25 *In conſuetudine temporis immemorialis ſe fundan[s] ... iuſtum titulum probare,ſed ſufficit illum alleg[are].*

26 *In priuilegijs,& conceſſionibus alicui factis uerba ... preſſa nunquam debent extendi,nec interpretari ... lantur conſueta ad prȩiudicium alterius.*

27 *Dominus imponens ſubditis vectigalia,& grauamina ... taliter peccat.*

28 *Papa noua onera ſubditis imponens an peccet.*

29 *Dominus habens,unde poſſit ſumptus in ſuperfluis ... teſt ſubditos grauare.*

30 *Venari,& aucupari permiſſum eſt de iure gentium.*

31 *Venationem impedire eſt iniuriam inferre.*

33 *Conceſſio reſtricta ad conſueta non debet præiudicare ... conſuetudine temporis immemorialis acquiſitis.*

34 *Barones,& vaſalli reſpectu certorũ locorum in loc[um] domini ſuperioris ſubrogati quomodo intelligantur.*

35 *Subditi à domino iniuſtè moleſtati contra dominum ... ut à moleſtationibus deſiſtat.*

36 *Exceptionis natura eſt reſtringere,& non augere.*

38 *Dominus debens aliquid facere etiam ſi ſubditos ad i... dum cogere poſſit,tamen eis mercedem ſoluere, ... bus illud facere debet.*

39 *Subditi tenentur domino in multis ſubuenire,& quan...*

40 *Epiſcopus non poteſt charitatiuum ſubſidium clericis ... ne conſenſu capituli,& cleri.*

41 *In homagio,& ſubiectione nouitas non debet induci.*

EPITOME.

DOMINVM non poſſe ſubditis onera,& gr... imponere,nec ab eis exigere contra iura ... tis tàm ex priuilegijs antiquis , quàm ex cõ... longiſſima,& immemoriali acquiſita , etiam ... ceſſio,ſeu inueſtitura caſtri,& comitatus ... rit iure feudi ad uſum regni,cum omnimo... na poteſtate , ac iuriſdictione , quam do... cedens habuiſſet , ſeu habere potuiſſet, & verbis generalibus,& prægnantibus.

Et ſubditos poſſe in eo caſu contra dom... dominũ cõcedentẽ recurſum habere, hic p...

CONSILIVM LXXX...

VISO ampliſſimo priuilegio com... ſtri,& hominũ Baeſij Illuſtri com... polito Pagano ab Excellentiſſim... Ferrariæ conceſſo , uiſiſq; priuileg... diu dictis hoĩbus , & cõmuni Baeſij ſæpius ... Ducibus Ferrariæ datis,ac reiteratis, necnõ ... ratis diligẽter querelis dictorũ hoĩum Bae... ſus dictũ comitẽ Hyppolitũ porrectis, quæ ... In primis, ꝙ præfatus dominus comes proh... prohibere nititur habẽtibus molendina in di... torio Baeſij,ꝙ nõ poſſint,nec debeant ſine li... cti comitis alicui molere , ſeu moli facere. Se... ꝙ nullus poſſit abſq; eius licentia vuam, vin... mentum,uel aliud ſimile alicui perſonæ uẽd... tio,ꝙ nullus dictorũ hoĩum Baeſij venari, ſeu ... ri quomodocunq; poſſit in terris, ſeu in mon... cti caſtri ſub pęna. Quarto,ꝙ nulli liceat arm... cunq; generis portare ſub pœna. Quinto p... mes vult,ꝙ dicti homines teneantur ſibi exp... bi,potus,lignorum,& paleæ facere eo temp... ipſe ad dictũ caſtrũ uenit,& in eo moram tra... to grauat homines dicti caſtri in cõducẽdo ... calcem , & lapides expenſis ipſorum hoĩum ... brica,& reparatione palatij,& arcis.Septimo ... uit etiã dictis hominibus, ut ſe præparare de... æſtate futura ad conſtructionem murorũ d... expẽſis dictorũ hoĩm,& cõmunis.Octauo ... dicti homines in conducẽdo ſuis expenſis ... generis à ciuitate Regij ad dictũ caſtrũ no... domini comitis.Nono prętendunt etiam ...